

Y, 18.

41567.

34

VIRO MAGNIFICO,
AMPLISSIMO, DOCTISSIMO
**CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO**

SCRIPTVRAE S. DOCTORI,

THEOL. ADHV C IN ACAD. VITEBERG. PROF. PVBL. ORD. CONSIST. ASSES. FAST.
AD AED. VRE. PRIM. SVPERINT. IN CIRC. EL. GENERAL. ET ALVMN. ELECT.

EPHORO ETC., NUNC VERO

PASTORIS DRESDENSIVM PRIMARII ET SVPERINTENDENTIS MVNVS CAPESENTI,
NEC NON SVPR. SENAT. ECCL. ASSESSORIS ETC. GRAVISSIMAS PARTES SVBEVNTI

NOVOS HONORES GRATVLATVR,
ATQVE PIETATIS, VENERATIONIS ET OBSEQVII MONIMENTVM QYALECVNQYE
CONSECRAT
*DE SATISFACTIONIS NOTIONE CVM SCRIPTVRA S.
ET RATIONE SANA BENE CONSENTIENTE*

BREVITER EXPOENENS

IOANNES CHRISTIANVS TIEMANN

APVD DANNICCOENSES ET WALLWICENSES IN DIOECESI GOMERANA PASTOR.

SERVESTAЕ
LITERIS FUCHSELII MDCCCLXXXIX.

34.

VIR MAGNIFICE,
AMPLISSIME, DOCTISSIME,
FAVTOR SVMMO PIETATIS CVLTV
VENERANDE!

Quid per has temporis ecclesiae Saxonicae felicissimi rationes, quibus ad omnium, qui TE norunt, vota novum illud munus subis, tum de doctrina, tum de gravissimis TVIS in rempublicam literariam et studia praeprimis theologica meritis, tum de pluribus benivolentiae TVAE nulla virtute mea mihi comparatae signis praecipue cogitarem, non poterat non apud me subnasci confilium, haec mentis tam gratae, quam admirationis TVI plenae sensa palam profitendi, ac pietatis, quae hucusque tacita TE coluit, publicum veluti documentum Nominis TWO summe Venerando consecrandi. Nec

A 2

quid-

AIR MAGNIFIC
AMPITISSIME DOCISSIME
LATOR SWANNO PETULIS CAPTA
VENERANDI

quidquam tamen proprius factum est, quam ut ingenii imbecilis viriumque iusto magis exiguarum cogitatio retinet manum haccce conantem. Facile quippe apparebat, quot et quanta essent, quae requirentur ab eo, qui talia ausurus in summorum virorum conspectum procedere gestret. Erexit tandem animum dubium, atque hinc inde vacillantem confirmavit singularis, quae in TE est, humanitas, quam quotusquisque est, qui non expertus sit? amet? admiretur? Ea fretus has plagellas non aliquo cruditionis, quae in me nulla est, sed verae et non fucatae pietatis nomine commendabiles in manus TVAS trado, nec tam spero, quam potius confido, sereno TE illas et hilari vultu accepturum, memoremque esse Ciceronianii illius: *prima sequentem honestum est in secundis aut tertius subfistere.*

Maxi-

Maximum quidem est, ac ex omni parte gravissimum,
quod mihi sumsi, scribendi argumentum, momentis suis
longissime superans vires meas. Sed sumsi eo fine, ut
cum hisce temporibus in eo praecepit spectetur civita-
tis Christianae doctor, opportunitatem nancisceret, ra-
tiones TIBI de mea in satisfactionem Christi Servatoris
O. M. fide reddendi, eamque TVO, utut communis
eorum, qui in terris Saxonis religionem Christianam pu-
blico docent, praceptoris examini et iudicio gravissimo,
longo oraculorum divinorum usu, veraeque Philosophiae
cognitione exculto submittendi. Hanc igitur qualem cun-
que scriptiunculam TV, Vir Summe Venerabilis, Fautor
Optime, pro ea, qua etiam si vires desint, voluntatem ta-
men aestimare soles, benivolentia legere ne dedigneris,
ignoscasque homini veritatis quidem, qua religio Chri-
stiana nititur, studioso, ea tamen, qua TE pollere nemo
nescit, illam proponendi et contra adversariorum obiecta-

cula defendendi facultate plane destituto, qui qualiacunque sint, quae in hanc rem differuerit, non nisi suae in Christum Iesum fidei, verissimique in TE amoris testandi causa proponere voluit.

Caeterum enixissimis ad Deum ter O. M. me converto precibus, ut in hac provincia, quae per Principis Electoris Serenissimi clementiam, ut meritis TVIS iusti tribuantur honores, TIBI est demandata, gratiam suam nullo tempore non TIBI adiungat comitem, cum quo-libet sole novo novis TE instruat viribus, et res TVAS omnes ita semper regat, ut voto TVO, quod semper fuit, ardentissimo, bene de republica Christiana merendi, atque gravissimi muneris partibus possis felicissimo ausu facere satis. Coepitis, laboribus, studiis TVIS sumnum Numen semper annuat, TE cum omnibus TVIS fospitem incolumemque ad seros usque dies conservet, atque

que salutis per satisfactionem Christi partae indies luculentioribus TE frui documentis iubeat, nec unquam vere bonis carere TE patiatur.

Ita profecto fiet, ut in societate virorum, omni laude mea maiorum, in quam venire TIBI contigit, BVRGSDORFII, factis et meritis suis cui conspicuis cunque non minus quam nomine et genere nobilis, et HERRMANNI, per longam annorum seriem iam de nobis et patribus nostris excellenter meriti, civitati Christianae, quae in Saxonia floret, indies plus utilitatis, adiumenti, puritatis atque splendoris, pro admirabili doctrina, sapientia et studio TVO afferas.

De me tandem ita habeas perfusum, res TVAS
me non minus unquam ac meas providae Dei curae commendaturum, et, ut benevolentia TVA indies dignior

rem

rem me reddam, maiori indies studio esse laboraturum.
Vale, et quod observantissime obsecro, commendatissi-
mum me semper habe, qui donec rebus humanis eripiar,
ero

NOMINIS TVI SVMME VENERABILIS

IOANNES CHRISTIANVS TIEMANN.

Ipsa Chriſto Duce. Inq. si n
am, ab eo quod dicitur, non potest ei
ſe, ut alii persuaderent, de hoc capite non ſolum nihil obvium eſſe in
Scriptura S. verum etiam idem repugnare Scripturis, quid quod? ipſi
fanae rationi. Hoc factō contingere ſibi perſuadebant, ut auſtoritate

Non mirum eſt caput de ſatisfactione Chriſti vicaria per multa ſe-
cula a novatoribus ſciolis atque impiaſ co fine in examen eſſe vocatum,
ut illud non dubium modo et incertum redderent, fed ſi eventus votis
reſponderet, penitus etiam exſpirarent. Nam cum hoc caput profe-
deo fit λιθος ανχεργωνιας, cui univerſum quaſi religionis Christianae
aedificium, per novi foederis doctores imprimis conſtructum, innata-
tur, bene videbant iſi, hunc ante omnia eſſe removendū, ſi ſuo il-
lud labefactandi conſilio velint uti. Hoc articulo cadente ceteri, juſto
tunc firmeque fundamento privati, cadunt omnes; hoc autem flante
et florente ſtat et in tutto poſita ſplendet omnis religio ab ipſo Chriſto et
Apoſtolis trađita. Omnium igitur virium, per literarum ſtudium et
malum male fanae rationis uſum aquifitatum periculum faciebant in
hoc, ut alii perſuaderent, de hoc capite non ſolum nihil obvium eſſe in
Scriptura S. verum etiam idem repugnare Scripturis, quid quod? ipſi
fanae rationi. Hoc factō contingere ſibi perſuadebant, ut auſtoritate

Scripturæ S. exploſa, doctrinaque Iefu et Apoſtolorum penitus evulſa,

religionem mere naturalem, aut potius (cum religio vere naturalis Deo)

ipſo non minus auſtore gaudeat quam illa revelata et ergo placitis bi-

blicis ab omni parte sit congrua) sua ipsorum somnia pro iusta mercede divenderent, atque praeconceptas opiniones in magnam nominis sui gloriam iuris communis facerent.

§. II.

In iis omnibus, qui animo tam inferno, et perverso sui amore ducti tela sua venenata in praecipua doctrinae Christianae capita, imprimisque in articulum de satisfactione Christi confidere non erubuerunt, nostris temporibus eminet et facile princeps est *Bahrdtius* ille famosus, qui, quam per vitam remissiorem et innumeris temeritatis specimina perdiderit nominis famam et rem familiarem, scriptis suis virulentis contra oracula divina et religionem Christianam recuperare, quamvis frustra, adhuc facet. Inter alios eius libellos damno publico diuulgatos hic nominandus est ille, quem inscript: *apologia sanæ rationis contra doctrinam de redēctione*, quo fidem iustificantem in Christianum unicum hominum Servatorem, et cum ea omnem exinde haustram animi pacem, omnemque spem ab animis pīs appropinquante morte in illo collocatam plane irritam et ridiculam adeo facere conatus est. Sed flat et inconcessa semper stabit sancta, superque omnes hominum frivolorum machinationes immensum in modum excelsa veritas, sui ipsius contra astutissimos hostes potentissima ultrix, quod quidem ex ipso *Bahrdtii* exemplo et fatis est videre. Nam quod Paulus Apostolus de malevolis aevi sui hominibus affervat, καθὼς εἰς ἀδόκιμων τον Θεον ἔχειν εἴ επιγράφεται, παρεδώσαντες αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμους νενοίειν τα υπ' οὐδηκοντα, πεπληρωμένας πασὴν αἰδίκιην atque hac via sibi ipsum exitium paraturos, ita perversum illum et malo omne creatum Theologices Doctorem pedetentim ad triflissima fata perduci observamus.

mus. Faxit Deus ὁ Θεὸς πάντας αὐθεντικός σωθηνούς καὶ εἰς ἐπιγνώστην διάθειν ἀλέθινον, ut hic vir literas humanas non mediocriter doctus, afflictionibus illis, quas sapientissimo benignissimoque Dei consilio hucusque pertulit, et quas temporibus futuris maiores esse fecuturas facile est ad coniiciendum, ad veram sui aberrationumque fuarum agnitionem, et animi emendationem non fucatam mature se duci patiatur.

§. III.

Verum enimvero nec instituti nostri ratio, nec angusti huius scriptiunculae fines, nec, ut vere dicam, vires meae exiguae permittunt, omnia, quae doctrinae de satisfactione vicaria obiciuntur, singillatim numerare, singillatim data opera refellere. Neque etiam his opus est. Nam eorum, quae homines religioni Christianae manifeste infensi huic doctrinae opponere solent, multaque argumentorum non ex Scriptura, vero verae cognitionis fonte, sed ex suo iporum ingenio, quod corruptissimum habent, depromptorum specie aliis persuasum sunt, summa spectatur, ut flatim ab initio observavimus, in hac duplice causa: de illa doctrina in oraculis divinis nihil esse obvium, tandemque potius Scripturis S. sanaeque adeo rationi maxime adversari. Harum ergo demonstratiuncularum tantummodo vanitas detegenda, absurdisque, quibus fallere alios cupiunt, coloribus omnium oculis expoundenda, ne latius serpido incautos decipient et tam animi pace, quam vera aliquando felicitate spolient improborum hominum errores: Equidem non ignoro, ea, quae hic in contrarium dicuntur, a viris longe doctioribus, et Scripturae S. non minus, quam verae Philosophiae amantibus multo eruditiois apparatu iandudum esse explosa, nec me aliquid novi aut inauditi ad fulcendam hominum Christianorum

rum in satisfactionem Christi fiduciam esse prolaturum. Cum tamen ea, quae hoc pertinent, hinc inde sint dispersa, neque etiam veritatis documenta iusto saepius possint repeti, nos argumenta huius doctrinae praecipua in unam quasi congeriem brevissimis colligendi consilium cepimus, nostram veluti qualisunque studii συμβολην ad virorum doctrinam συμποσιον lubentissime allaturi, quorum tandem opera fiet, ut bona causa triumphet.

§. IV.

Intelligimus autem per satisfactionis voculum latiori sensu sumtum illam officiorum a Christo θεωρητῳ, tum agendo, tum patiendo, praefertiū tamen morte cruenta impletorum summam, qua partim omnia, quae lex divina nobis praecepit, perfectissime nostro nomine praeslit, partim poena acerbissimas, quae ob peccata nobis erant luendae, nostri causa ac pro nobis, ipse innocens, perpedita est. Ipsam tamen satisfactionis vocem *forensēm* esse, et a Iureconsultis dispesci in *civilem* et *criminalem*, hanc porro in *propriam* et *viciariam*, de eo non est, quod hic prolixius agamus, cum rei nostram non absolute attineat. Iam vero videbimus, curius momenti sint, quae ab adversariis proferantur. Et quidem ante omnia hic monendum, nec *Bahrdtium*, nec quemquam eorum, qui ab eius partibus flare philosophiae laudi sibi dicunt, aliquid novi contra doctrinam nostram protulisse, aut tam perniciose in eam impegiisse, ut necessario corruiat, ex articulorum fidei numero brevi manu deleatur, nec amplius servare se possit. Minime. Crambe est centies cocta, et sexcenties recocita, ut bene norunt, qui historiam ecclesiasticam seculorum priorum calent. Ut de iis, qui non diu post Apostolorum tempora doctrinae

Chri-

Christianae contra dicere conati sunt, taceamus, hic *Fangium et Laelium Socinos* ex seculo XVIto nominasse sat habeo. Illi cum suis, inter quos praeceps referendi autores catechismi Racoviensis (cf. Sect. VI. Cap. VIII. in quo de morte Christi loquuntur) paulo post consecuti, multis argutiis eadem aliis persuasum iverunt, unde tanquam ex primo condо nostri temporis novatores sua hauserunt.

§. V.

Primum, quod fidei nostrae obvertunt, hoc scilicet est: *caput* sytematis theologici ab antiquissimis inde temporibus in ecclesia Christiana recepti de *Opt. Max. Servatoris satisfactione* pro misericordiis mortalibus praeflita certius argumentis ex ipsa Scriptura hancis desituit, nihil de ea ibi exflare, eandemque ex literis divinis non esse depromptum, sed in illas potius iehuа interpretatione intrusam. At vero ipsum satisfactionis vocabulum ἐγγύησθαι esse, unus modo et item alter vere orthodoxorum, non tamen ex communī consensu contendit, cum nempe de satisfactione Christi loquerentur. *) In alio enim nexus occurrere constat ex Matth. XI. 15. ubi Pilatus populi iudeorū ποιησα voluisse, atque propterea Barrabam vinculis solvisse dicitur. Non tamen hic de vocibus syllabis et literis, sed de re sermo et lis est. Quodsi enim vocabula illi ex ase acquiparantia in Scripturis inveniri, demonfrare, et loca sententiam nostram diserte confirmant in medium proferre potuerimus, tum profecto idem erit, ac si ipsum satisfactionis πρᾶξι in Scriptura S. totidem syllabis et literis consignatum reperiremus. Quis autem literarum divinarum tam est ignarus, qui nesciat, verbis λύτρου, αἵτινος τρον, ἀπολυτεωσεως, ιλασμου, ιλασησιου, et quae sunt eius generis innumera, non nisi eandem notionem, quam satisfactionis nomine

figua-

signamus, exprimi. Quando Christus se ipse vitam suam pro hominibus ut *λυτρόν* daturum esse ait Matth. XX. 28.^{**)} et cum a Ioanne Apostolo in Ep. I. cap. II, 2. *ἱλασμός*, propitiatio pro peccatis nostris, a Paulo *ἀπολύτρος*, 1 Tim. II, 6. pretium redēptionis pro omnibus factū esse pronuntiatur, nomine hoc idem est, ac si in omnibus illis, caeterisque locis cum iis ex aliis conformib⁹ scriptum sit. Chrīstum pro nobis satificis̄? Pone, quemquam contraxisse nomina, quibus iusti solvendis sit impar, atque propterea creditoribus ex lege ita postulantibus, a iudice conicētum esse in carcērem. Pone, amicum debitoris miseri aliquem omnia, quae ille contraxerit, nomina in se recipere, totaque pecuniae summa usque ad τὸν ἑρχάτον καθεατην̄ soluta illi recuperare libertatem. Nonne hic profecto pro amico *satisfecit*? Nonne, cum quis tibi narret, alterum suam ipsius rem pro alterius libertate dedisse *λυτρόν*, hoc plane idem est, ac si alterum pro altero satificis̄, legibusque et creditoribus *ικανὸν πειρηρά* dicat. Unde luculentor apparet, omnes eos, qui satisfactionem Christi propterea, quod vocabulum hoc non iisdem literis confignatum in scriptura legatur, negent, non esse audiendos. Itaque non video, quam ob caussam hanc vocem, diu usurpatam ex systemate nostro delere, nec cum qua aptiore, notationique accommodatiore commutare illam velimus.

^{*)} Nominandi hic sunt *Deylingius*, qui in vocabulo *διατίσιμα*, Rom. V, 18. VIII, 4. et *Schwarzius*, qui in voce *τίτλος* Ef. LXI, 2. coll. Luc. IV, 19. et Pf. XL, 9. satisfactionem sacrificio praeditam inventisse sibi vidi sunt. Vide Schwarzi Progr. *Ἐγγεῖος satisfactionis nomen*. 1761. cf. Ernesti Biblioth. theol. Tom. II. p. 766. seqq. At vocabulum satisfactionis proprie forentis est, ex iure Romano defantum, et in doctrinis theologis a *Tertulliano* primum usurpatum, significans *debiti solutionem*.

^{**)} Hic locus quidem classicus est ei in ista omnium. Particulam autem *ἀρτι* praefer alia etiam significare *loci*, *anfractus* apertissime pater ex Matth. II, 22.

§. VI.

Egregie hic pertinent, quae *Grotius*, lingvarum et omnis cruditionis praeclare gñarus, eis a recto interdum doctrinae Christianae trāmite aberraret, ad illustrandam flabilendamque sententiam nostram Lutheranam attulit, cum in *dēfens. fid. cathol. de fatis Christi c. VII.* ita fatu sit: *νοτιγλώμης εβ, inquit, ιραν αἰενίου αντερει, id dici grates ἰλασκεθαι, εἰγνωσσεν, καταλασσεν, ἀποκαταλασσεν, latine, placare, pacare, conciliare aut reconciliare, item propitiare.* *Tum αὐτός εἶσε, τούτο id, quo αὐτός proprio περαγίτω, Grateis ἰλασμεσ, Latinis placamen dicitur.* In Deo ira adpellatur *αὐδεσσωπαθως*, puniendi quādī adfētias, quam Apostolus ait retegi *fīe revelari coelitus in omnem impietatem circa iniustitiam hominum, ut qui veritatem in iniustitia detineant, hoc εἴη, cognitis Dei mandatis reluiscentur.* Nemo autem extipitur, cum omnes finis natura filii irat, hoc εἴη, irae divinae obnoxii. *Hæc ira supra quosdam monet.* Io. III, 36. *super quos non manet, ab iis avertitur.* HANC AVERSIONEM CHRISTUS SUA MORTE IMPERAT, ideoque placamen redēfīne dicitur. Sic eum bis appellat Iohannes Apostolus, cum dicit: *fi quis peccat, ad vocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum illum innocentem, et ipse εβ, ἰλασμος pro peccatis nostris, neque vero pro nostris tantum, sed et pro peccatis totius mundi.* I. ep. II, 2. Item: *in eo sita est dilectio, non quod nos Deum dileximus, sed quod ipse dilexerit nos et filium suum misericordia ἰλασμον pro peccatis nostris.* IV, 10. Cum quo loco conferendas est ille Paulinus: commendat Deus suam caritatem, quod, cum peccatores adhuc effemini, Christus pro nobis est mortuus. Rom. V, 8. *Viterque enim, tam Paulus, quam Iohannes* eodem arguento probant, non priores nos dilexisse, sed dilectos a Deo,

Et quod Paulus dicit mortuum esse, hoc Iomnes vocat, placomen effatum. Addendus praeterea locus Pauli: Infristamur gratis per redemtionem in Christo Iesu, quem Deus proposuit iherosolim per fidem in SANGUINE IPSIUS. Rom. III, 24.25. Fatus est ergo Christus iherosolim in sanguine suo, quod quid est aliud, quam id ipsum, quod negat SOCINUS, pacatum a Christo Deum (sive satisfecit Christum Deo).³ Nam quod iherosolim apud Iohannem expiationem interpretatur, expiations autem voce peccati destructionem intelligit, id facit nulla de causa, nullo munitione exemplo. Iherosolim apud Graecos Scriptores omnes, poetar, historicos, alios, est placare, soletque confraterni cum accusativo designante personam, cuius ira evertitur. Nec aliter apud LXX. interpres et Luc. XVIII, 13. usurpatum etc. Haec tenus Grotius. Quae cum ita habeant, sole meridiani clarius est, pro satisfactionis vocabulo in Scripturis eo sensu, quo hic sumitur, κατα το επινον non exstante, innumeris alia, ad quae pertinet ἀγρασιος 1 Cor. VII, 20. ἐξαγρασμος Gal. III, 13. καταλλαγη Rom. V, 10. αποκαταλλαγη Col. I, 20. reperi, quibus tanquam notionibus specialioribus illa generalior contingetur.

§. VII.

Sufficienter haec de satisfactionis notione in libris divinis, praesertim N. T. ubique obvia. Ex consilio nostro superius indicato afferen-
da nunc sunt aliqua Scripturae loca, in quibus doctrina nostra difterit
verbis monstraruntur. Statim in promptu est locus ille egregius ex priori
Petrina I, 18. 19. ειδοτες, οτι δ φθεροις, αγρασιος κρυσιοι ειντε-
θητε ειν της ματαιας υμων εναστρεψη πατερωσαδοτι, αλλα τιμω
αιματι οι αντε αιματι και αισπιλη, χριστα. Sciatis, vos non rebus caducis,
quae

quae sunt aurum et argentum, redemptos esse a vano vestra confuetudine ex maioribus ad vos derivata, sed pretioso sanguine Christi velut agni immaculati et purissimi. Scire aveam, quibus verbis et notionibus uti debuisset Apostolus, si disertius, planius, apertius de vicaria Christi satisfactione loqui voluisset. In causa failli cuius licet esse diserto, inquit Ovidius aliquo loco. Haec vero profectio non est facilis et levis, sed gravissima et maximi ponderis causa; et tamen Apostolus tam plane et perspicue eam expedivit, ut non nisi iniurissima animi veritatis inimici pervicacia obscuritatis culpam ei attribuere queat. Huius autem generis innumera inveniet, cui operae premium esse videatur, animo attento et fuae salutis cupido oracula divina perlegere, ut necessario angustos huius libelli fines transgredi, si omnia hue pertinentia Apostolorum effata in medium proferre velim. Vnum ergo et item alterum ex praecipuis adlegatis mihi sat sit. Nil scilicet clarius, dilucidius nil esse potest iis, quae Paulus posterior sua ad Corinthus V, 18-21, et ad Romanos V a commate inde 6to usque ad finem capitis in hanc rem disseruit. His mihi quidem satisfactionis dogma a senioribus ecclesiae doctribus hueusque defensum extra omnem dubitationem possum et machinationibus eorum, qui hoc impugnant, ne species quidem veri superesse videntur. Nec amplius audiendi sunt, qui dicant, Christum nos redemisse et ἵλασμα pro peccatis nostris esse factum, dum doctrina et exemplo viam et auxilia et peccatorum cordibus emerendi monstrarerit. Quis enim quaeso de doctore vel magistro auditoribus viam virtutis felicitatisque monstrante dicere audeat, hunc illorum ferre peccata, illos expiare, placamen pro illis praeflare?

* Quae praeferre haecce a nobis allatae huic pertinent, ea legere est in Is. Griffoni Reinbecki tractatione theologica de redemptione per lytron, in qua auctorem illius belli:

belli: *apostolischer Wegweiser zur wahren Glückseligkeit*, Socinianorum vestigia prementem, *Christiani Democriti* nomine inclitum adeuare refellit.

§. VIII.

Transeo ad alia. In annum enim ab initio induxi, ut paucissima de admirabili huius articuli cum univerfa doctrina biblica confiratione subiungam. Scilicet non defunt, qui cum in disceptationem propterea vocent, quoniam cum gratuita peccatorum remissione in facris bibliis oblatu minus consentiat. *Nil*, inquit, *remissione gratuitae magis adversatur, quam eiusmodi, qualem orthodoxi volunt, satisfactio et pretii aequalis solutio*. Cum enim creditori *satisfit vel ab ipso, vel ab alio illius nomine, ruris vere dici non potest, cum gratuito remissione debita*. Sed qui fiat, ut unum cum altero pugnet, cum ipsa Scriptura utrumque perpetuo coniungat? Nam postquam Apostolus Rom. III, 24. 25. *nos gratia*, quae sit Dei clementia, *justos declarari asseruerat, statim pergit, per redencionem a Christo Iesu comparata, quem Deus proposituit Ἰασηνον δια της πίστεως εἰ τῷ ἀντιθέ αἴματι*. Duni igitur Apostolus peccatorum humanorum remissionem clementiae divinae tribuit, eam simul superinfringit *ἀπολογεστεῖ* per Iesum partae tanquam causas ac motrici clementiae divine. Tantum abest, ut ihsae sibi invicem sint contrarie, ut potius archiflissimo vinculo cohaerent, amica societas conspirent, et alterum ex altero, tanquam ex fonte rivus promanet.

§. IX.

Omnis vero ea conciliandi difficultas, quae tantas in hoc capite lites movit, inde originem traxit, quod discriminem inter *gratiam Dei absolutam et conditionatum* plane negligeretur. Clementia scilicet divina,

na, in remittendis hominum peccatis occupata, non absoluta, sed satisfactione et λύτρῳ per Christum praeflito est fundato. Deus O. M. vult et ferio vult nos liberare ac peccatis, si fidem veram habemus in Christum Iesum pro nobis mortuum. Praeterea iustificatio nostra sive peccatorum remissio in scripturis dicitur gratuita seu gratis et absque merito nobis concessa non ratione Christi Servitoris, sed respectu nostri et virtutis nostrae. Conflat hoc ut ex innumeris aliis sic imprimis ex illo Paulino Ephes. II, 8. 9. τῷ καὶ ἐπειδὴ σεωτησομένοι, δικαίῳ ἡ εἰρήνη, ἵνα μὲν τις καυχησθεῖται, cui plane respondeat aliud, quod est in ep. ad Rom. III, 28. λογίζουμεθα, πιστεὶ δικαιώσθαι αὐθεντῶν καρποὺς εἰρήνην νοεῖν. Sane quidem, si cum *Guil. Abram. Teller.*, viro doctissimo, sub vocabulo *εἰρήνη*, cum ad gentiles conversos scriberent Apostoli, fœleſtissime illorum facta, aut cum ad Iudeos, sub vocibus *εἰρήνην νοεῖν*, non nisi ea, que ab his ad præcepta legis levitatem siebant, et *σαρκωθῆναι*, ad religionem Christianam perduci, totumque priorem locum ita verttere velis: *er ist lediglich Gottes Gnade, durch welche ihr Christen worden seyd, und hattet ihr keinen Vorzug vor so vielen andern Heiden, um derwilen ihr solcher Wohlthat eher würdig gewesen würet; ihr habt es ganz als sein freier Geschenk zu betrachten, das ihr wahrhaftig nicht mit eurem bisherigen Lebenswandel verdienet hattet;* (cf. eius Wörterbuch des N. T. sub voce Werk) si ita, inquam, interpretari lubeat, tum sane de nulla peccatorum humanorum remissione, de nullis benignitatibus divinae documentis in illa conspicuus in hoc loco est fermō. Non quidem inficias eo, per *εἰρήνη* et *εἰρήνην νοεῖν* interdum illa exercitia Iudaica ad legis levitiae normam exhibita in sacris literis significari. Sed in hoc et aliis dictis, in quibus de δικαιο-

συνη et *σωτηρια* hominibus parta loquuntur viri θεοπνευστοι, sensu admodum latiori sumendas sunt illae voces, ut scilicet ea omnia, quae homo ad *legis moralis* normam tum per Moysen Iudeis, tum per naturam omnibus omnino hominibus revelatam patrare possit, illi sentent. Et quidem hoc aperto apertius patet ex *lege oppositionis*, ut in eruditorum scholis loqui solent. Nam Apostoli τῷ νεμα, (i.e. ex mente Telleriana, legi leviticæ) non, ut tamen necesse erat, opponunt legem moralem sive veram Dei voluntatem omnibus omnino hominibus praecipientem, nec τοις ἐργοις νομου (quae ad legem leviticam ferent) res gestas hominum convenientes cum illa communis Dei lege, nec τοις ἐργοις (sceleribus gentilium) veram et Deo probatam virtutem; sed opponunt τῷ νομῳ την πίστιν, τοις ἐργοις νομους την χάριν et τοις ἐργοις εὐδαιμονιῃ τοις θεοις ἐλεον. Neque vero ullibi exstat Apostolorum assertio de vera hominum salute, implenda lege morali acquirenda, sed ubique peccatorum remittunt ad χάριν της Σεβ., et quod dixerant εἰς ἐργον νομου, id alibi interpretantur δωζεαν i. e. gratis, nulla nostra interveniente aut quicquam merente virtute nostra, Romin. III, 24. quantacunque debum sit, nam semper est, et, quamvis summo exhibita virium conamine, manet vehementer imperfecta, *ἵνα μη τις καυχηθῇ*. Illâ igitur clementia divina, quae peccata nostra tollit et tanquam infecta respicit, parta nobis est per ἀπολογίων δια τη δίκαιοτος χριστου, ut iustitiae divinae satisficeret, effusi. Hoc modo iis, quae Scriptura de gratuita peccatorum remissione ex hac, et de satisfactione Christi meritoria ex altera parte docet, non ex preconcepitis opinionibus sed sobria mente consideratis videbimus omnia ad amissim consentire.

§. X.

Caeterum minime quadrat, quod supra a fecus sentientibus huius doctrinae opponebatur, cum dicerent: creditorem non ex quadam benignitate misum facere debitorem, si quis forte alius nomina ab hoc contrafacta solvat. Sane. Vbi enim pecuniam mutuam ad alium recipit ille ita, ut nullo modo debitori solutionem facilem reddiderit, de nullo etiam benignitatis nomine gloriari ipsi licet. Quodsi vero creditor sua ipsius voluntate ducitus nominibus debitoris sui feliciter vendis praebuerit ansam, nec modo viam, qua se aere alieno liberaret, monstraverit, verum ipse etiam adiumento fuerit debitori in hoc negotio, tum profecto maximas hic illius benivolentiae debet gratias. Et quidem haec ipsa est causa inter Deum et hominem peccatorem. Tantopere enim, ut apud Iohannem est, *Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, qui nemine, qui crederet, periret omnes vita aeterna fruantur.* Ipse hominibus peccato miseris viam ad salutem monstravit, ipse filium suum misit, ipse meritum, quod pro nobis praesertim est, veraeque ad salutem necessariae in Iesum fidei rationem homines doceri πνευματικαὶ πολυτελεῖς curavit. Non ergo nisi summa clementia, et mere paterna divinaque bonitas, nullis nostris meritis conciliata, in redimendis salvandisque hominibus occupatur.

§. XI.

Restat, ut de consensu huius doctrinae cum fana ratione differam. Offendit enim ratio humana tum imbecillis cum in hostibus rei Christianae ut plurimum vitiis et sceleribus depravata in articulo de Christo pro nobis cruci affixo. Sed afferant, quaeſo, quid in hoc capite contrarium sit necessariis rationis nostrae axiomatis. Longe aliud enim

est: *hoc ratio non capit*, et longe aliud: *hoc rationi contrarium est.* Arbitrio suo, cuius vindicias *Io. Aug. Ernelli*, ὁ Ῥω ἐν ἀγρού, aliquando publice proposuit ac doctissime defendit, Deus hanc tulit legem, ut per fidem in Christum salutem consequeremur. Cui enim absolum videatur, si dicitur, *religionem posse in quocunque hominum statu arbitraria quaedam habere*, ut cum beato doctore, a cuius pedibus olim sedi, loquar. Iam vero pro hominum statu, qui nunc est, non tam arbitrario, quam potius, ut ita dicam, necessario inducta est doctrina de satisfactione Christi, quoniam sublata illa, ipsa ratio non videat, quo adiumento nisi e peccatis emergant homines, aut qua via queramus in his quotidianis vitas nostrae refugium. Fundamenti igitur loco ponamus hoc: *si ea est hominum conditio atque natura, ut non possint religioni naturali ac necessariae, omninoque voluntati divinae satisfacere. si velint; aut ita sine vel erroribus coecati vel virtutis depravati, ut ne possint quidem satis velle; Deus potest, misericordia commotus, aliam rationem sui placandi et felicitatis consequendae praescribere, si nihil in ea infit, quod aeternae iustitiae et sapientiae suae legi repugnet, et conservata sapientia et sanctitate sua praincipere, quae faciliora sunt et accommodata eorum imbecillitati, quibusque adeo adducuntur ad illius aeternae ac necessariae religionis observationem. Quid enim est in his, quod non per necessarias notiones Dei perfectionumque divinarum sumere licet. (cf. b. *Io. Aug. Ernelli* vindicias arbitr. div. in rel. conf.)*

§. XII.

Tria potissimum illis infinit, quae curatore momentorum fluorum pensitatione egeant, a nobis iannuncie insituenda. Et quidem primum est, eam hodie esse hominum naturam atque conditionem, ut

vo-

voluntati divinae, etiam si velint, non satisfacere, et ne quidem ex ea vivere satis possint. Non satisfacere possint. Nam ita sunt ignorantia et erroribus circumdati, ut eam nequidem norint, quamquam per rerum naturam satis detectam. Apertum hoc est e populorum cogitationibus suis viventium exemplis, dum alteri honestum est ei iustum, quod ab altero iniustissimum et nefas habetur, quemadmodum in praefatione *Cornelii Nepotis* et historioris novissimis habemus. Certam veritatis et virtutum cognitionem quod attinet, caliginosa nocte prelum laborat genus humanum in flatu naturali, qui dicitur, inter incertissimas maximeque dubias coniecturas hinc inde vagans. Hoc tamen si quis concedere nolit — et multi sunt, qui negent — id tamen in apice possumus est, in hac privationis conditione omnem omnino naturam humanam justis et summe necessariis carecere ad legem divinam, quam prima initia, quae nobis inesse contendunt, implendan viribus. Modo animo a praesuntis opinionibus libero, attento et sui ipsius studio te, naturam, studia, facta, omnem vitam tuam solerius explorare didiceris, tum vero toto die cum Paulo Apostolo conqueriri opus fuerit: ιδια ὁτι ἀν δικαιου εἰ μη ἀγαθον· το γαρ θελει παρακενται μοι, το δε κατεργαζεθαι το πάλον εἰχείσυπτον. Οὐ γαρ ὁ Θελω, πιστα ἀγαθον· αὐτὸς ὁ εἰ θελω παῖς, τέτο περισσα. Hace Apostoli profectio ex ipso omnium hominum, quia virtutis maxime amantium, experientia quotidiana est haufata. Sed ne quidem satis velle possint, libidinum quippe pravitate, propensionum perveritate, studiorum iniquitate corrupti, ut si in se ipsis proba attendant, non animadvertere non possint, quae idem Apostolus de se eodem loco scriptit, legem maxime perversam praecepientem (νομον ἀμαρτιας) sibi in-

effe,

*effe, repugnantem voluntati divinae (νόος θεού) ut ergo, ex hac vive-
re, vehementer nolit. Vnde nimirum in vetitum semper, cupinunque
negata, ut est apud poëtam.*

§. XIII.

Quae cum ita sint, quid praeflantius, quid salubrius, quid ma-
ieslati et *misericordiae* divinae convenientius, quid tandem naturae hu-
manae accommodatus confitui poterat, quam religio Christiana, cri-
mina nostra satisfactione expiatoria delente, et necessariis ex iis in-
dies magis atque magis emergendi vires suppeditante. An Deus tale
quid confituisse potuerit, hoc multis demonstrare per instituti nostri
rationes non licet. Si quis de eo dubitet, eum ad *vindictas arbitrii di-
vini b. Erneſti* supra laudatas remitto, ubi de hac re fusus. Dei autem
sapientiae ac benignitati totum relinquendum erat, quam viam ad salu-
tem acquirendam hominibus se ipfos salvare necis munire vellet. Mu-
nivit tamen naturae nostrae accommodatissimam proponendam
morte Christi et praecipienda in eum fide, qua utraque arculo vinculo
nexa iniquitas nostra tollatur, poenae meritae solvantur, emendatio-
nis adiumenta praebeantur. Quis hanc viam reprehendere? quis di-
cere audeat, Deum tale quid confituisse non potuisse? qui omnia pot-
est, quae summae sapientiae ac iustitiae non adveruantur.

§. XIV.

At dicat aliquis: doctrina de satisfactione Christi, perfectionibus
his divinis admodum repugnat, asylum quippe securitatis, pravitatis et
omnium virtutum. Si enim Scriptura hominibus, ut sua opera, sua
que virtute salutem querant, non praecepit, quid quod? si omne virtutis
studium supervacaneum esse declarat eo, quod illud ad felicitatem

affe-

assequendam nihil facere contendat, solamque in Iesum fidem, cum ipsi virtutis laude careant, adeoque male egerint, refugium offerat, tum profecto senectra ad omnem nequitatem patescata homines se totos malicieis, certissimaeque perniciem dabunt. Sed haec et id genus alia non nisi criminationum maxime malignarum nota sunt inurenda. Nihil enim ad promovendam veram virtutem aptius hac doctrina, quae semper ex ea parte oculis nostris in Scriptura proponitur, ut ad meliorem frugem adduci nos patiamur, et tum animi tum factorum emendandorum facultatem inde capiamus. Non enim impiis et in pravitate confitulo perseverantibus, sed verae virtuti studiofisi satisfactionis fructus promittitur, eoque, ut ita dicam, tantummodo gradu, et eo moderamine promittitur, quo fide in Christum nos perfectiores reddimur, ipsamque hanc fidem per serium virtutis exercitum apertam facimus.

§. XV.

Ex ea, inquam, parte et eo semper sine Apostoli omnes ubique meritum Christi oculis proponunt. Notatu et perpetuus pensione dignissimum est illud Petrinum in priori sua II, 24. ὁ Χριστός τας ἀμάρτιας ἡμῶν ἠγέγει εἰς τῷ σωματὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ζύλον, ἵνα ταῖς ἀμάρτιαις ἀπογένουνται δικαιοσύνη Γένουμε, ut a peccati (omnis internae et externae nequitiae) imperio liberi vitam piam, inflam et ab omni culpa vacuam transfigimamus. Quo iure igitur et qua fronte aliquis Deum hominibus salutem in filio suo parantem de impietatis et vitiorum patrocinio adculare potest, cum huius per Redemptorem partae salutis, non nisi quando nos ex vitiis exsumus, omnisque generis pietatem magis magisque exercere discimus, participes nos facere velit, et omnino in doctrina evangelica talia praeceperit, quae non solum faciliora sint et ac-

commodata imbecillitati nostrae, sed quibus adducamur adeo ad illius aeternae ac necessariae religionis observationem? Scilicet cum ea sit voluntatis humanae natura, ut, quamvis cognita alicuius exempli aut virtutis pulcritudine, ignava maneat et in agendo inefficax, atque praeter hanc, etiam si serio velit, a viribus ad bene agendum necessariis deflita, doctrina evangelica e contrario eam habet vim, ut promittat et animis fidelibus largiatur facultatem obediendi, veraeque sanctitatis consequendae, et sic proprie legem stabilit ac ficiat per fidem, quae divinam salutis promissionem vero animo complexa est; ut cum b. Evangelii loquar. Hanc vim profecto infinitam esse doctrinam evangelicas, atque per eam largiri vere credentibus, tum ex Apostolorum assertioribus, tum ex hominum vere Christianorum exemplis patet. Quapropter Paulus de imbellitate sua ac triflissimo inter legem divinam et suas libidines differens, antea vehementer questus alio loco se ev. τῷ ἀδερφῷ χριστῷ omnia posse gloriarunt.

§. XVI.

Quum igitur, ut in antecedentibus vidiimus, satisfactionis dogma bene respondeat notionibus rationis humanae de sapientia, bonitate et sanctitate divina, peculiaris demonstratio de eius consensu cum *infinita* Dei supervacanea possit videri. Absurdum enim sit existimare, abhorre, rere aliiquid posse ab hac, quod cum illis consipere. Quia tamen deo novissimis temporibus maxime mota est quaestio, et exinde possibilitas adeo talis satisfactionis, quam orthodoxi defendunt, negata, ea, quae ab adversariis proferuntur, profecto non præterunda, sed paulo diligenter sunt examinanda. Obvertunt nempe: *ex infinita divina necessario non sequi*, ut ad condonanda hominibus peccata *alius interveniat*,

et

et poenas vicario nomine latat; nec adeo convénire iustitiae Dei, ut in fontem loco rei puniat. Ad haec duo potissimum in calce libelli respondebimus. Evidē ex iis non sum, qui necessitatem meriti Christi exinde demonstratum iverunt, quoniam pro iustitia divina homines remissionem peccatorum et salutem veram alias non possent assequi. Ad homines in gratiam reducendos per se et absolute non necessaria fuisse ea, quae Christus vicario nomine praefluit, facile apparet. Quis enim negare audeat, sapientiae, quae in Deo summa est, plures patuisse vias ad efficiendum. Omnibus tamen bene perpenitus hoc mihi ad intelligendum proclive videtur, cum Deo pro arbitrio suo placuerit, eiusmodi *ἀπούργεσθαι*, de qua nobis sermo, hominibus culpe et morti obnoxia parare, eam optimè convenire cum notione iustitiae divinae; quid? quod, illa sublata, iustitia divina in discrimen incidat. Quanquam enim a clementia Dei remissionem peccatorum speramus, cum male nos facile poeniteat, et ferium in meliorem frugem redendi consilium ceperimus, tamen de eo non certi esse possumus, nec videmus, quia poenitentia sola sufficiat iustitiae divinae ad condonanda peccata. Inter omnes scilicet constat, regem iustum et sapientem non posse satishabere, modo malefactorum cum, qui talia commiserit, poeniteat. Et tamen, quantum interstis discrimen inter imperfectas leges regis alieuius humani, quamvis iustissimi, interque leges Dei perfectissimas, de quibus nil unquam potest remitti, quis est, quin videat. Quarum ergo ut auctoritas, dignitas, sanctitas conservaretur, monstraretur, in apri-
cum poneretur, Redemptor missus est, illas impletum et poenas solutum a legibus desinitas. Quodsi autem Deus hoc Redemptore non interveniente et simpliciter remitteret peccata poena dignis, tunc non aper-

tum faceret, quam graviter ipsi malefacta displicerent, et tunc etiam profecto dubium foret, an Deus tantopere iustus sit et sanctus, quantopere sana ratio cum esse statuit. Ex his iam *a priori*, quod dicunt, ut verosimilimum non confidere non posse, Deum ad remittenda hominum peccata talem inventire viam debuisse, ut suo in illa odio omnibus manifestato ea non impune dimitteret.

§. XVII.

Et sic quidem res habet. Bonitas divina in promittenda et comparanda hominibus salute non ita sibi indulxit, ut iustitiam negligeret vel obsecuraret; nam non simpliciter concedere voluit salutem poena dignis, sed interveniente *ἱλασμῷ* i. e. *infla peccatorum expiatione*, ut conspiendam praeberet non modo bonitatem sed etiam iustitiam suam *τοῖς τοι ἵνα διπλοὶ καὶ δικαιοτά τον ἐπιστεις ιησούς, ut effet iustus pariter et iustificans credentes in Iesum*. Rom III, 26. Ita iustitia et fancitatis Dei O. M. in peccatis condonandis conserfatur; ita praeclaris bonitatis et iustitiae speciminibus per *ἱλασμόν* editis reverendum non minus quam amabilem se Deus nobis praestitit; ita *λυτρόν* a Christo Iesu oblatum *uana rationem* esse videmus, *concedendi clementiam Dei* in abolenda hominum culpa occupatam *cum ipius iustitia*. Tantum abest, ut satisfactio vicaria iustitiae divinae adverferetur, ut potius religiosi naturalis patroni foedissimam isti adspergant maculam, cum maximam illam legis conservandas necessitate negligant. *At minus conveniens est iustitiae divinae*, dicat aliquis, *punire insontem fontis loco*. Sane quidem. Si iudex quispiam partium studio ductus aliquem, qui alterius nomine poenas luit, vi quadam externa cogere non erubefcat, tum iniustissime illum agere, quis negabit? Quodsi vero sponte aliquis

quis (qui tamen sit sui iuris) nec nisi sua ipsius voluntate motus se ipse poenas daturum offerat amici cuiusdam loco, tum profectio non video, quo iniustitia nomini accusari possit iudex, quando infontem fontis loco male tractat. Toto etiam die coram foro humano accedit, ut salva iudicis iniustitia unus et item alter vicario nomine poenas solvat. Christus Iesus autem, ut disertis verbis in Scriptura pronuntiatur, pro summo, quo in homines afficitur, amore tantis se aerumnis subiecit, vitaque, cuius ponendae (quod bene observandum) ius ac potestas ipsi erat, cessit; ut legi divinas satisficeret, eiusque sanctitas conservaretur, ut igitur non sit, qua propter de iniustitia divina dubitemus.

§. XVIII.

Quibus demonstratis illud etiam, quod nonnunquam a contra sententibus obicitur: *Deum non egere sanguine, nec iniustiae divinae sanitatis posse alterius sanguine pro peccatis nostris*, per se corrut, cum nos nunquam illud, sed hoc contendemus, Deum pro arbitrio suo, summa sapientia, bonitate et iniustitia innixo, eam praecepisse viam hominibus, ut *Aurelius* a Chirilo, sicut per alia, sic etiam per mortem cruentam, oblati sibi virtuti in evangelio reclusi monstratae summanavare operam et *dabant* et *possebant*. Sat nobis sit vidisse, salutis ab arbitrio divino hominibus constitutae eam esse rationem, ut Deus nihil de iniustitia et sanctitate remiserit. Longioribus subtilioribusque disputationibus omnino non opus est. Res ipsa est perspicua, nec unquam adversari efficient, ut offendant, sententiam nostram de satisfactione Iesu non inesse verbis divinis, quaqua se demum vertant. Nam ubi Apostolorum efflata ita interpretantur, ut aliud quid in iis reperiant, tunc omni interpretationis fundamento carent, et ab usu loquendi pla-

ne

me discedunt, quod vero non est interpretari, sed quod iubet, sincere.

§. XIX.

Deus O. M. ipse verbi et Spiritus sui efficacia semper nobis adiut, ut amore divino per Iesum Redemptorem nobis monstrato ad veram pietatem et virtutem adduci nos patiamur, atque praeceptis evangelicis de continentia, castitate, patientia, caritate fraterna, precibus praefertim per Christum saepe fundendis, omniisque omnino pietate morem geramus. Quo facto fieri, ut indies redius veriusque de satisfactione Iesu Christi sentire, ipsaque experientia nostra dicamus, quid sit, quod Salvator dicit: *si quis operat pretium ducat, ex voluntate eius, qui me misit, vivere, is cognoscat, utrum haec doctrina sit ex Deo, aut a me ipso profecta.* Tum vero nil nobis prius, nil posterius erit illo pretioso λύτρῳ per Christum oblato, omnia cetera, hoc servato, vili nausicie pendemus, et ut nos Dioecesis Gomeranae Pastores nuper ab Ephoro Gravissimo, Georgio Henrico Barthio, quem non Patris loco habere, amare, venerari nefas fuerit, scripto non minus pie quam eruditio latino idiomate exhibito adhortabamur, omnis mens nostra in eo occupabatur, ut cum Paulo dicamus: δικαίωμα τοις ἑδεσαῖς, εἰ μη ἱεροὶ Χριστοὶ, καὶ τοῖς τοι ἐπαυγασμένοις 1 Cor. II, 2. Hac via contra novatorum seductorum frivole prolatu bene muniti juvante Deo vitam consequemur aeternam, in qua quicquid Christus in salutem nostram fecit et percepimus est, admirationis et laudum nostrorum praecipuum erit argumentum.

Pon 2f 106 7

2v

f

ULB Halle
004 178 165

3



IA-702

an 2 u. an 3 noch nicht aufgenommen

| Inches | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 8 |
|-------------|------|------|------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|
| Centimetres | 2.54 | 5.08 | 7.62 | 10.16 | 12.70 | 15.24 | 17.78 | 20.32 | 22.86 | 25.40 | 27.94 | 30.48 | 33.02 | 35.56 | 38.10 | 40.64 | 43.18 | 45.72 | 48.26 | 50.80 |

Farbkarte #13

B.I.G.



VIRO MAGNIFICO, AMPLISSIMO, DOCTISSIMO CAROLO CHRISTIANO TITTMANNO

SCRIPTVRAE S. DOCTORI,
THEOL. ADHVC IN ACAD. VITEBERG. PROF. PVBL. ORD. CONSIST. ASSES. PAST.
AD AED. VRB. PRIM. SVPERINT. IN CIRC. EL. GENERAL. ET ALVMN. ELECT.
EPHORO etc., nunc vero
PASTORIS DRESDENSIVM PRIMARII ET SVPERINTENDENTIS MVNVS CAPESENTI,
NEC NON SVPR. SENAT. ECCL. ASSESSORIS etc. GRAVISSIMAS PARTES SVBEVNTI

NOVOS HONORES GRATVLATVR,
ATQVE PIETATIS, VENERATIONIS ET OBSEQVII MONIMENTVM QVALECVNQVE
CONSECRAT
*DE SATISFACTIONIS NOTIONE CVM SCRIPTVRA S.
ET RATIONE SANA BENE CONSENTIENTE*

BREVITER EXPO NENS

IOANNES CHRISTIANVS TIEMANN

APVD DANNIGCOENSES ET WALLWICENSES IN DIOECESI GOMERANA PASTOR.

SERVESTAE
LITERIS FÜCHSELII MDCCCLXXXIX.

34.

